

et ierlm̄ in domo dñi ante atriũ  
 nouum ait. On̄e deus patrum  
 nr̄orum tu es deus in celo: et dñā  
 ris cunctis regnis gentiũ. In ma  
 nu tua est fortitudo et potentia:  
 nec quisquā tibi potest resistere.  
 Nonne tu d̄s nr̄ interfecisti om̄s  
 habitatores terre huius corā po  
 pulo tuo isrl̄. et dedisti eam semi  
 ni abraham amici tui in sempiter  
 num: Habitaueruntq; in ea. et  
 extruxerunt in illa sc̄uarium no  
 mini tuo dicentes. Si uenerint su  
 per nos mala. gladius iudicij. pe  
 stilentia. et fames: stabimus corā  
 domo hac in conspectu tuo in qua  
 inuocatum est nomen tuũ. et cla  
 mabimus ad te in tribulationib;  
 nr̄is: et exaudies. saluosq; facies.  
 Nunc igitur ecce filij ammon et  
 moab et mons seir p̄ quos non con  
 cessisti filijs. isrl̄ ut transirent qñ  
 do egrediebantur de egypto. sed  
 declinauerunt ab eis et non in  
 terfecerunt illos: et contrario aḡt  
 et nuntiant eicere nos de possessi  
 one quā tradidisti nobis d̄s nr̄.  
 Ergo non iudicabis eos: In nobis  
 quidem non tanta est fortitudo:  
 ut possimus huic multitudini re  
 sistere que irruit sup̄ nos. Sed cū  
 ignoremus quid agere debeamus:  
 hoc solum habemus residui ut  
 oculos nr̄os dirigamus ad te. Om  
 nis uero iuda stabat coram dño  
 cum paruulis et uxorb; et liberis  
 suis: erat autē ieziel filius zacha  
 rię filij banaię. filij hiehel filij

mathanię leuites de filijs asaph:  
 sup̄ que factus est sermo dñi in  
 medio turbe et ait. Attendite  
 omnis iuda et qui habitatis in  
 ierlm̄: et tu rex iosaphat. Hec di  
 cit dñs uobis. Nolite timere nec  
 paueatis hanc multitudinē: n̄  
 est enī ur̄a pugna sed dei. Cras as  
 cendetis contra eos. Ascensuri enī  
 sunt p̄ diuum nomine sis: et in  
 uenietis illos in summitate turren  
 tis que ē contra solitudinē ieru  
 hel. Non eritis uos qui dimicabitis:  
 sed tantūmodo confidentes esto  
 te. et uidebitis auxilium dñi sup̄  
 uos. O iuda et ierlm̄ nolite time  
 re neq; paueatis: cras egrediemini  
 contra eos. et dñs erit uobiscum.  
 Iosaphat ergo et iuda et om̄s ha  
 bitatores ierlm̄ ceciderunt proni  
 in terram coram dño: et adoraue  
 runt eum. Porro leuitę de filijs  
 chaat et de filijs chore: lauda  
 bant dñm dñm isrl̄ uoce magna  
 in excelsum. Cūq; mane surre  
 xissent: egressi sunt p̄ desertum  
 thecuię. Profectisq; eis: stans iosa  
 phat in medio eorū et dixit. Au  
 dite me iuda: et omnes habita  
 tores ierlm̄. Credite dño deo ur̄o:  
 et securi eritis. Credite p̄phis ei:  
 et cuncta euement uobis p̄spa.  
 Dedit consilium poplō: et statu  
 it cantores dñi ut laudarent  
 eum in turris suis. et antecede  
 rent exercitum. ac uoce consona  
 dicerent. Confitemini dño qm̄  
 bonus: qm̄ in eternū misericōdia ei.

Cumq; cepissent laudes canere:  
 uerit dñs insidias eorū in semet  
 ipsos. filiorū scilicet ammon et  
 moab et montis seir: qui egres  
 si fuerant ut pugnarent cont̄  
 iudam. et percussi sunt. Namq;  
 filij ammon et moab confurre  
 xerunt aduersum habitatores  
 montis seir: ut interficerent  
 et delerent eos. Cumq; hoc ope  
 ppetrassent: etiam in semetip  
 sos uerfi mutuis se concidere uul  
 neribus. Porro iudas cum uenis  
 set ad speluncam que respicit  
 solitudinē: uidit procul omnē  
 late regionē plenam cadauerib;  
 nec sup esse quenquā qui necē  
 potuisset euadere. Venit ergo io  
 saphat et omnis popl̄s cum eo  
 ad detrahenda spolia mortuorū:  
 inueneruntq; inter cadauera  
 uariam suppellectilē. uestes q̄q;  
 et uasa preciosissima. et diripu  
 erunt ita. ut omnia portare n̄  
 possent. nec per tres dies spolia  
 auferre pre magnitudine. Die  
 autē quarto: congregati sunt  
 in ualle benedictionis. Et enī  
 qm̄ ibi benedixerunt dño: uo  
 cauerunt locum illum uallē  
 benedictionis usq; in presentē  
 diem. Reuersusq; est omnis iur  
 iuda et habitatores ierlm̄: et io  
 saphat ante eos in ierlm̄ cū leti  
 cia magna. eo quod dedisset ei  
 dñs gaudium de inimicis eius.  
 Ingressiq; sunt ierlm̄ cum psalte  
 rij et citharis. et tubis in domū

dñi. Irruit autē pauor dñi sup uni  
 uersa regna terrarum. cū audis  
 sent quod pugnasset dñs contra  
 inimicos isrl̄: quieuitq; regnum  
 iosaphat. et prebuit ei dñs pacē  
 p̄ circuitum. Regnauit igitur iosa  
 phat sup iudam: et erat triginta  
 quinq; annorū cum regnare ce  
 pisset. Viginti autē et quinq; an  
 nis regnauit in ierlm̄. Nomen  
 matris eius azuba filia selabi. et  
 ambulauit in uia patris sui asa.  
 nec declinauit ab ea: faciens que  
 placita erant coram dño. Uerū  
 tamen excelsa non abstulit: et  
 adhuc popl̄s non direxerat cor  
 suum ad dñm dñm patrū suorū.  
 Reliqua autē gestorum iosaphat  
 priorū et nouissimorū: scripta  
 sunt in libro hieui filij anani que  
 degessit in libro regum isrl̄. Post  
 hec inijt amiciai iosaphat rex  
 iuda cum ochozia rege isrl̄. cuius  
 opa fuerunt pessima: et particeps  
 fuit ut facerent naues que irent  
 in tharsis. Eeceruntq; classem in  
 asion gaber. Prophetauit autē  
 ehezer filius dodau de maresa  
 ad iosaphat: dicens. Quia habu  
 isti fedus cum ochozia: percussit  
 dñs opa tua. Contriq; sunt na  
 ues: nec potuerunt ire in tharsis.  
 Dormiuit autē iosaphat cū patri  
 bus suis: et sepultus est cum eis  
 in ciuitate dauid. regnauitq; io  
 ram filius eius p̄ eo. Qui habuit  
 fr̄s filios iosaphat: azariā. et abihel. et zachariam. et azariā. mi

chael et saphatiam. Omnes hujus filij  
 iosaphat regis isrl. Deditq; eis pater  
 suus multa munera argenti et au-  
 ri. et possessiones cum ciuitatibus  
 munitissimis in iuda. Regnu autē  
 tradidit iozam: eo quod esset pmo  
 genitus. Surrexit autē iozā sup  
 regnum patris sui. Cūq; se confir-  
 masset: occidit om̄s fr̄s suos gladio.  
 et quosdam de principib; isrl. Tri-  
 ginta duozū annorum erat iozā  
 cum regnare cepisset: et octo an-  
 nis regnauit in ierlm. ambulauit  
 q; in uis regum isrl sicut egerat do-  
 mus abab. Filia quippe abab erat  
 uxor eius. Et fecit malum in con-  
 spectu dñi. Noluit autē dñs dñe  
 domū dauid ppter pactum quod  
 iurauerat cum eo: et quia pmisserat  
 ut daret illi lucernam et filijs ei  
 omni tempore. In dieb; illis rebel-  
 lauit edom ne esset subditus iu-  
 de: et constituit sibi regem. Cūq;  
 transisset iozam cum principib;  
 suis et cuncto equitatu qui erat  
 secum: surrexit nocte et percussit  
 edom qui se circumdederat. et om-  
 nes duces equitatus eius. Atta-  
 men rebellauit edom: ne esset  
 subditiōe iuda usq; ad hanc di-  
 em. Eo tempore et lomna recessit  
 ne esset sub manu illius: dereli-  
 querat enī dñm dñm patrū suo-  
 rum. Insuper et excelsa fabricat<sup>2</sup>  
 est in urbib; iuda: et fornicari  
 fecit habitatores ierlm. et preua-  
 ricari iudam. Allate sunt autē

ei littere ab helia ppha: in quib;  
 scriptum erat. Hec dicit dñs dñs  
 dauid patris tui. Pro eo quod n̄  
 ambulasti in uis asa regis iuda.  
 et in uis iosaphat patris tui.  
 sed incessisti pter regum isrl. et  
 fornicari fecisti iudam et habita-  
 tores ierlm. imitatusq; es fornicati-  
 onē domus abab. insup et fr̄s tu-  
 os domū patris tui meliores te oc-  
 cidisti: ecce dñs percuet te plaga  
 magna cum poplō tuo et filijs  
 et uxorib; tuis. uniuersamq; su-  
 stantiā tuā. Tu autē egrotabis pes-  
 simo languore uteri: donec egre-  
 diantur uitalia tua paulatim  
 p dies singulos. Suscitauit ergo  
 dñs contra iozam spm philistino-  
 rum et arabum qui confines sūt  
 ethiopic; et ascenderunt in ter-  
 ram iuda et uastauerunt eam.  
 dirpueruntq; cunctam sustan-  
 tiam. que inuenta est in domo  
 regis. Insuper et filios eius et uxo-  
 res. nec remansit ei filius nisi io-  
 achaz qui minimus natus erat.  
 Et sup hec omnia: percussit eum  
 dñs alui languore in sanabili.  
 Cumq; dies succederet dies. et tē-  
 porum spacia uoluerent: duo-  
 rum annozū expletus est circuli-  
 lus. et sic longa consumptus est.  
 tabe. ita ut egeret uiscera sua:  
 languore pariter et uita caruit.  
 Mortuusq; est in infirmitate pes-  
 sima: et non fecit ei popl̄s scdm  
 morē combustionis exequias si-

xxii.

cut fecerat maiorib; eius. Trigin-  
 ta duorum annorum fuit cum reg-  
 nare cepisset: et octo annos re-  
 gnauit in ierlm. Ambulauitq;  
 non recte: et sepelierunt eum in  
 ciuitate dauid. ueruntamen non  
 in sepulchro regum. Constru-  
 erunt autem habitatores ierusa-  
 lem ochoziam filium eius mini-  
 mum regem pro eo: omnes enim maio-  
 res nati qui ante eum fuerant  
 interfecerunt latrones arabum.  
 qui irruerant in castra. Regna-  
 uitq; ochozias filius ioram regis  
 iuda. Viginti duorum annorum  
 erat ochozias cum regnare ce-  
 pisset: et uno anno regnauit in  
 ierlm. nomen matris eius atha-  
 lia filia amri. Sed et ipse ingres-  
 sus est per uiam domus abab: ma-  
 ter enim eius impulit eum ut im-  
 pie ageret. Fecit igitur malum  
 in conspectu domini sicut domus  
 abab: ipsi enim fuerunt ei confi-  
 liarij post mortem patris sui in  
 interitum eius. ambulauitq; in  
 consilijs eorum. Et prexit cum io-  
 ram filio abab rege isrl ad bellum  
 contra azabel regem syrie. in ra-  
 moth galaad: uulnerauerunt  
 q; syri ioram. Qui reuersus est  
 ut curaretur in iezrahel: mul-  
 tas enim plagas accepit in supra-  
 dicto certamine. Igitur ochozias  
 filius ioram rex iuda: descendit  
 ut inuiseret ioram filium abab  
 in iezrahel egrotantem. Volunta-

tis quippe fuit dei aduersum ocho-  
 ziam: ut ueniret ad ioram. Et cum  
 uenisset et egredieretur cum eo aduer-  
 sum hieu filium namsi quem un-  
 xit dominus ut deleteret domum abab.  
 Cum ergo subuerteret hieu do-  
 mum abab. inuenit principes iu-  
 da et filios fratrum ochozie qui  
 ministrabant ei. et interfecit illos.  
 Ipsumq; perquirens ochoziam. com-  
 prehendit latentem in samaria: ad-  
 ductumq; ad se occidit. Et sepe-  
 lierunt eum eo quod esset filius  
 iosaphat qui quesierat dominum in  
 toto corde suo. Nec erat ultra spes  
 aliqua ut de stirpe regnaret ocho-  
 zie. Siquidem athalia mater eius.  
 uidentis quod mortuus esset filius  
 suus: surrexit et interfecit omnem  
 stirpem regiam domus ioram. Por-  
 ro iosabeth filia regis tulit ioas fi-  
 lium ochozie. et furata est eum  
 de medio filiorum regis cum interfi-  
 cerentur: absconditq; eum cum nu-  
 trice sua in cubiculo lectulorum.  
 Josabeth autem que absconderat eum erat  
 filia regis iora. uxoris iorade pontificis sororis ocho-  
 zie: et idcirco athalia non inter-  
 fecit eum. Fuit ergo cum eis in do-  
 mo dei absconditus sex annis: quibus  
 regnauit athalia super terram. Anno  
 autem septimo confortatus ioiada:  
 assumpsit centuriones azariam  
 quoq; filium ieroam. et isinabel  
 filium iohannam. azariam uide-  
 licet filium oded. et amasiam filium  
 adaię. et hehisaphat filium zechri:

xxiii.

et inijt cum eis fedus. Qui circum  
euntes iudam: congregauerunt  
leuitas de cunctis urbibus iuda. et  
pncipes familiarū isrl: uenerūtq;  
in ierlm. Inijt igitur omnis mul-  
tudo pactum in domo dñi cum  
rege: dixitq; ad eos ioiada. Ecce fi-  
lius regis regnabit: sicut locutus  
est dñs sup filios dauid. Iste est  
ergo sermo quē facietis. Tercia pars  
uestrum qui ueniunt ad sabbatū  
sacerdotū et leuitarū et ianitorū  
erit in portis: tertia uero pars ad  
domū regis. et tertia ad portā que  
appellatur fundamenti. Omne ue-  
ro reliquū uulgus sit in atrijs do-  
mus dñi: nec quisquā alius ingre-  
diatur domū dñi nisi sacerdotēs  
et qui ministrant de leuitis. Ipsi  
tantūmodo ingrediantur quia  
sanctificati sunt: et omne reliquū  
uulgus obseruet custodias dñi.  
Leuitę autē circumdant regem:  
habentes singuli arma sua. Et si  
quis alius ingressus fuerit tēplū:  
interficiatur. Sintq; cum rege: et  
intrante et egrediente. Fecerunt  
igitur leuitę et uniuersus iuda  
iuxta omnia que preceperat io-  
iada pontifex: et assumpserunt  
singuli uiros qui secū erant. et  
ueniebant p ordinē sabbati cum  
his qui iam impleuerant sabba-  
tum et egressuri erant. Siquidē  
ioiada pontifex non dimiserat  
abire turmas: que sibi p singu-  
las ebdomadas succedere consue-

uerant. Oeditq; ioiada sacerdos  
centurionib; lanceas. clipeosq;  
et peltas regis dauid quas conse-  
crauerat in domo dñi: constru-  
itq; omnē poplū tenentiū pugi-  
ones a parte templi dextera usq;  
ad partē templi sinistram corā  
altari et templo. p circuitū re-  
gis. Et eduxerunt filium regis  
et imposuerunt ei diadema: de-  
deruntq; ei in manu eius tenen-  
dam legem. et constituerunt eū  
regem. Vixitq; cum ioiada pon-  
tifex et filij eius: imprecantq; sūt  
atq; dixerunt. Uiuat rex. Qd  
cum audisset athalia uocē scilicet  
currentium atq; laudantium  
regem: ingressa est ad poplū in  
templū dñi. Cumq; uidisset regē  
stantē sup gradum in introitu  
et pncipes turmasq; circa eum.  
omnemq; poplū terre gauden-  
tem atq; clangentē tubis: et di-  
uersi generis organis concinentē.  
uocemq; laudantium: scidit ue-  
stimenta sua et ait. Infidie. infi-  
die. Egressus autē ioiada ponti-  
fex ad centuriones et pncipes  
exercitus: dixit eis. Educite illā  
extra septam templi: et interfici-  
atur foris gladio. Precepitq; sacer-  
dos ne occideretur in domo dñi:  
et imposuerunt ceruicib; eius  
manus. Cumq; intrasset portā  
equorū domus regis: interfecerunt  
eam ibi. Pepigit autē ioia-  
da fedus inter se et uniuersum

populum et regem: ut esset po-  
 pulus dñi. Itaq; ingressus est om-  
 nis popl's domum baal et destru-  
 xit eam: et altaria ac simulachra  
 illius confrugerunt. Mathan q̄q;  
 sacerdotē baal: interfecerunt an-  
 te aras. Constituit autē ioiada  
 prepositos in domo dñi: et sub ma-  
 nib; sacerdotum et leuitarū q̄s  
 distribuit dauid in domo dñi  
 ut offerrent holocausta dño si-  
 cut scriptum est in lege moyfi:  
 in gaudio et in canticis iuxta  
 dispositionē dauid. Constituit  
 quoq; ianitores in portis domus  
 dñi: ut non ingrederetur eā im-  
 mundus in omni re. Assumpsit  
 q; centuriones et fortissimos uiros  
 ac principes popli. et omne uul-  
 gus terre: et fecerunt descende-  
 re regē de domo dñi. et introire  
 p̄ medium porte superioris in do-  
 mum regis. et collocauerunt  
 eum in solio regali. Letatusq; ē  
 omnis popl's terre: et urbs qui-  
 euit. Porro athalia: interfecta  
 est gladio. Septem annorū erat  
 ioas cum regnare cepisset: et  
 quadraginta annis regnauit  
 in ierlm. Nomen matris eius  
 sebia de berlabee. Fecit quoq;  
 quod bonum est corā dño: cum-  
 ctis dieb; ioiade sacerdotis. Ac-  
 cepit autē ioas uxores duas: de  
 quib; genuit filios et filias. Post  
 q; placuit ioas ut instauraret  
 domū dñi: congregauitq; sacer-

dotas et leuitas et dixit eis. Egredi-  
 mini ad ciuitates iuda: et colligi-  
 te de uniuerso isrl̄ pecuniā ad  
 sartatecta templi dei ur̄i p̄ singu-  
 los annos. Festinateq; hoc facere.  
 Porro leuitę: egere negligentius.  
 Vocauitq; rex ioiada principem:  
 et dixit ei. Quare non fuit tibi cu-  
 re ut cogeres leuitas inferre de iu-  
 da: et de ierlm̄ pecuniā que con-  
 stituta est a moyse seruo dñi. ut  
 inferret eam om̄is multitudo isrl̄  
 in tabernaculum testimonij. Atha-  
 lia em̄ impiissima et filij eius de-  
 struxerunt domū dñi: et de uni-  
 uersis que sanctificata fuerant  
 templo dñi. ornauerat fanū ba-  
 alim. Precepit ergo rex et fecerūt  
 archam posueruntq; eam iuxta  
 portam dñi forinsecus: et predi-  
 catum est in iuda et in ierlm̄ ut  
 deferrent singuli pretiū dño qđ  
 constituit moyses seruus dñi sup  
 omnē isrl̄. in deserto. Letatiq; sūt  
 principes cuncti et omnis popl's:  
 et ingressi conculerunt in archā  
 dñi atq; miserunt. ita ut imple-  
 retur. Cumq; tempus esset ut  
 deferrent archā coram rege per  
 manus leuitarū. uidebant em̄  
 multam pecuniā: ingrediebāt  
 scriba regis. et quē primus sacer-  
 dos constituerat. effundebantq;  
 pecuniā que erat in archa. Por-  
 archam reportabant ad locum su-  
 um. Sicq; faciebant p̄ singulos di-  
 es. et congregata est infinita pecu-

97  
ma. quã dederunt rex et ioiada  
his qui preerant opib; domus dñi.  
At illi conducebant ex ea cesores  
lapidum et artifices opum singu-  
lorum ut instaurarent domum  
dñi: fabros quoq; ferri et eris. ut  
quod cadere cepat fulciretur. Ege-  
runtq; hij qui opabantur indultē:  
et obducebatur parietū cicatrix p  
manus eorū: ac suscitauerunt do-  
mū dñi in statum pristinū. et fir-  
me eam stare fecerunt. Cumq; im-  
plessent omnia opa: deculerunt  
coram rege et ioiada reliquã partē  
pecunie. De qua facta sunt uasa  
templi in ministeriū et ad holo-  
causta: fiale quoq; et cetera uasa  
aurea et argentea. et offerebant  
holocausta in domū dñi iugiter  
cunctis dieb; ioiade. Seniuit autē  
ioiada plenus dierum. et mortuus  
est cum centum esset et triginta  
annorū: sepelieruntq; eū in ciui-  
tate dauid cum regib;. eo qđ fecit  
bonum in isrl̄ cum deo et cū  
domo eius. Postquã autē obiit  
ioiada: Ingressi sunt principes  
iuda et adorauerunt regem. Qui  
delinitus obsequijs eorū adqueuit  
eis: et dereliquerunt templum  
dñi dei patrū suorū. seruerūtq;  
lucis et sculpulib;. et facta ē ira  
contra iudam et ierlm̄ ppter hoc  
peccatum. Mittebatq; eis pphetas  
ut reuertentur ad dñm. quos  
protestantes illi audire noluerūt.  
Sp̄s itaq; dñi induit zachariã

filium ioiade sacerdotē: et stetit  
in conspectu popl̄i et dixit eis.  
Hec dicit dñs. Quare transgre-  
dimini preceptum dñi quod uo-  
bis non pderit. et dereliquistis  
dñm ut derelinqueret uos: Qui  
congregati aduersus eum mise-  
runt lapides iuxta regis impiū  
in atrio domus dñi. Et non est  
recordatus ioas rex misericordie quã  
fecerat ioiada pater illius secū:  
sed interfecit filium eius. Qui  
cum moreretur: ait. Videat dñs  
et requirat. Cumq; euolutus  
esset annus: ascendit contra eū  
exercitus syrię. Venitq; in iudã  
et ierlm̄: et interfecit cunctos  
principes populi. atq; uniuersam  
predam miserunt regi da-  
mascum. Et certe cum pmodi-  
cus uenisset numerus syrorum:  
tradidit dñs in manib; eorum  
infinitã multitudinē. eo quod  
reliquissent dñm dñm patrū  
suorū. In ioas quoq; ignomni-  
osa exercuere iudicia: et abeu-  
tes dimiserunt eum in languo-  
rib; magnis. Surrexerunt au-  
tem contra eum serui sui in ul-  
tionem sanguinis filij ioiade  
sacerdotis: et occiderunt eum  
in lectulo suo. et mortuus est.  
Sepelieruntq; eum in ciuitate  
dauid: sed non in sepulchris re-  
gum. Insidiati uero sunt erze-  
bat filius semaham ammonitis.  
et iozabach filius semarich moa-

xxv.

bitis. Porro filij eius ac summa pecunie que adunata fuerat ab eo. et instauratio domus dñi: scripta sunt diligentius in libro regū. Regnavit autē amasias filius ei p̄ eo. Viginti quinq; annorum erat amasias cum regnare cepisset: et uiginti et nouē annis regnavit in iertm. nomen matris eius ioaden de iertm. Fecitq; bonum in conspectu dñi: ueruntamen non in corde p̄fecto. Cumq; roboratū sibi uideret impium: iugulauit seruos qui occiderant regē patrē suum. sed filios eorū non interfecit. sicut scriptum est in libro legis. moyse. ubi precepit dñs dicens. Non occident patres p̄ filijs. neq; filij pro patrib; suis: sed unusquisq; in peccato suo morietur. Congregauit igitur amasias iudam: et constituit eos p̄ familias suas tribunosq; et centuriones in uniuerso in uniuerso iuda et beniamin. Et recensuit a uiginti annis et sursum: inuenitq; triginta milia iuuenū qui egredientur ad pugnam. et tenerent hastam et clipeū. Mercede quoq; conduxit de isrl̄ centum milia robustorū: centū talentis argenti. Venit autē homo dei ad illum: et ait. O rex ne egrediatur tecum exercitus isrl̄: non est enī dñs cum isrl̄ et cunctis filijs ephraim. Quod si putas in robore ex-

ercitus bella consistere: superari te faciet dñs ab hostib; tuis. Oei q̄ppe est et adiuuare et in fugam conuercere. Dixitq; amasias ad hominē dei. Quid ergo fiet de centum talentis que dedi militib; isrl̄? Et respondit ei homo dei. Habet dñs unde tibi dare possit multo his plura. Separauit itaq; amasias exercitum qui uenerat ad eum ex ephraim: ut reuertetur in locum suū. At illi contra iudam uehementer irati: reuersi sunt in regionē suam. Porro amasias confidenter eduxit popl̄m suum et abiit in uallem sabinarū. percussitq; filios seir decē milia: et alia decē milia uirorū cepunt filij iuda et adduxerunt ad preruptum cuiusdam petre. precipitaueruntq; eos de summo in precep̄s: qui uniuersi crepuerūt. At ille exercitus quē remiserat amasias ne secū iret ad preliū: diffusus est in ciuitatib; iuda a samaria usq; bechoron. et interfectis tribus mensib; diripuit predā magnam. Amasias uero post cedē idumeorū allatos deos filiorum seir statuit eos in deos sibi: et adorabat eos. et illis adolebat incensum. Quamobrem iratus dñs contra amasiam: misit ad illum p̄pham qui diceret ei. Cur adorasti deos qui non liberauerūt popl̄m suum de manu tua: Cūq; hec loqueretur: ille respondit ei. Num consiliarius regis es?



Quiesce ne interficiam te. Discedes  
 q; ppha: scio inquit quod cogita  
 uerit dñs occidere te quia et feci  
 sti hoc malum: et insup non ad  
 quieuisti consilio meo. Igitur ama  
 sias rex iuda in to pessimo confi  
 lio: misit ad ioas filiū ioachaz fi  
 lij hieui regem isrl: dicens. Veni  
 uideamus nos mutuo. At ille re  
 misit nuntium dicens. Cardu  
 us que est in libano: misit ad ce  
 drum libani dicens. Da filiam tu  
 am filio meo uxorem. Et ecce be  
 stie que erant in filua libani tñ  
 fierunt et conculcauerunt car  
 dum. Dixisti. Percussi edom:  
 et idcirco erigitur cor tuum in  
 supbiam. Sede in domo tua. Cur  
 malum aduersum te puocas. ut  
 cadas tu et iudas tecum: Nolunt  
 audire amasias. eo qd dñi esset  
 uoluntas ut traderetur in mani  
 bus hostiū ppter deos edom. Ascē  
 dit igitur ioas rex isrl: et mutu  
 os sibi prebuere conspectus. Ama  
 sias autē rex iuda erat in bechsa  
 mel iude: corruitq; iudas coram  
 isrl. et fugit in tabernacula sua.  
 Porro amasiam regem iuda filiū  
 ioas filij ioachaz cepit ioas rex  
 isrl in bechsamel et duxit in ie  
 rusalem. destruxitq; murū ei  
 a porta ephraim usq; ad portam  
 anguli. quadringentis cubitis.  
 omne quoq; aurum et argentū.  
 et uasa uniuersa que repper  
 rat. in domo dñi. et apud obe

dedom. in thesauris etiā domus  
 regie. necnon et filios obsidum  
 reduxit in samariā. Vixit autē  
 amasias filius ioas rex iuda post  
 quā mortuus est ioas filius ioachaz  
 rex isrl quindecim annis. Reli  
 qua uero sermonū amasie pō  
 rum ac nouissimorū: sc̄pta s̄t  
 in libro regum iuda et isrl. Q  
 postquā recessit a dño: tetende  
 runt ei insidias insidias in ierlm.  
 Cumq; fugisset lachis. miserūt  
 et interfecerunt eū ibi: reportan  
 tesq; sup equos sepelierunt eum  
 cum patrib; suis in ciuitate da  
 uid. Om̄is autē popl̄s iuda: fili  
 um eius oziam annorū sexde  
 cim constituit regem pro patre  
 suo amasia. Ipse edificauit abi  
 lot: et restituit eam ditioni iu  
 de. postquā dormiuit rex cum  
 patrib; suis. Sexdecim annorū  
 erat ozias cum regnare cepisset:  
 et quinquaginta duob; annis  
 regnauit in ierlm. nomen ma  
 tris eius hiechelia de ierlm.  
 Fecitq; quod erat rectum in  
 oculis dñi iuxta om̄ia que fece  
 rat amasias pater eius: et exq̄si  
 uit dñm in dieb; zacharie in  
 telligentis et uidentis dñm. Cū  
 q; requireret dñm: direxit eū  
 in om̄ib;. Deniq; egressus est  
 et pugnauit contra philisti  
 im: et adiuuauit eum deus.  
 et destruxit murū geth. et  
 murum iannie: murumq;

azoti. Edificauit quoque oppida  
 in azoto et in philistiim: et ad  
 iuuauit eum deus contra philisti  
 im et contra aiabes qui habi  
 tabant in gubaal. et contra  
 ammanitas. Expendebantque  
 ammanite munera ozie: et  
 deuulgatum est nomen eius  
 usque ad introitum egypti propter  
 crebras uictorias. Edificauitque  
 ozias turrel in ierusalem super portam  
 anguli. et super portam uallis.  
 et reliquas in eodem muri la  
 tere: firmauitque eas. Extruxit  
 etiam turrel in solitudine. et  
 fodit cisternas plurimas: eo  
 quod haberet multa pecora  
 tam in campestribus quam in he  
 remi uastitate. Vineas quoque  
 habuit et uinitorum in monti  
 bus et in carmelo: erat quip  
 pe homo agriculture deditus.  
 Fuit autem exercitus bellatorum  
 eius qui precelebant ad prelia  
 sub manu hiehiel scribe ma  
 sieque doctoris. et sub manu a  
 nanie. qui erat deducibus re  
 gis: omnisque numerus principum  
 pro familias uiuorum fortium duo  
 milia sexcentorum. et sub eis uni  
 uersus exercitus trecentorum et  
 septem milium quingentorum  
 qui erant apti ad bella. et pro  
 rege contra aduersarios dimi  
 cabant. Preparauit quoque eis  
 ozias id est cuncto exercitui di  
 pso et hastas. et galeas et lor

cas. arcusque et fundas ad iacien  
 dos lapides: et fecit in ierusalem di  
 uersi generis machinas quas in  
 turribus collocauit et in angu  
 lis murorum ut mitterent sa  
 guttas et saxa grandia. Egressum  
 quoque est nomen eius procul: eo quod  
 auxiliaretur ei deus et corroboras  
 set illum. Sed cum roboratus esset  
 eleuatum est cor eius in introitum  
 suum. et neglexit dominum deum suum:  
 ingressusque templum domini ado  
 lere uoluit incensum super altare  
 timiamatis. Statimque ingressus  
 post eum azarias sacerdos. et cum  
 eo sacerdotes domini octoginta uiri  
 fortissimi: restituerunt regi atque  
 dixerunt. Non est tui officij oza  
 ut adoleas incensum domino sed sa  
 cerdotum: hoc est filiorum aaron  
 qui consecrati sunt ad huiusce  
 modi ministerium. Egredere de  
 sanctuario nec contempseris: quia  
 non reputabitur tibi in gloriam  
 hoc a domino deo. Iratusque est ozias  
 et tenens in manu thuribulum  
 ut adoleret incensum: minabatur  
 sacerdotibus. Statimque orta est le  
 pra in fronte eius. coram sacerdo  
 tibus in domo domini: super altare thi  
 miamatis. Cumque respexissent  
 eum azarias pontifex. et omnes  
 reliqui sacerdotes: uiderunt le  
 pram in fronte eius. et festinato  
 expulerunt eum. Sed et ipse pro  
 territus accelerauit egredi: eo  
 quod sensisset ilico plagam domini.

Fuit igitur ozias rex leprosus usque  
 ad diem mortis sue: et habitauit  
 in domo separata plenus lepra.  
 ob quam eiectus fuerat de domo  
 domini. Porro ioatham filius eius rege-  
 bat domum regis: et iudicabant  
 populum terre. Reliqua autem ser-  
 monum ozie priorum et nouissimo-  
 rum: scripsit ysaias filius amos  
 propheta. Dormiuitque ozias cum pa-  
 tribus suis. et non sepelierunt in  
 agro regali sepulchrorum eo  
 quod esset leprosus: regnauitque  
 ioathas filius eius pro eo. Viginti  
 quinque annorum erat ioathan cum  
 regnare cepisset: et sexdecim  
 annis regnauit in ierusalem. nomen  
 matris eius hierusa filia sadoch.  
 Fecitque quod rectum erat coram  
 domino. iuxta omnia que fecerat  
 ozias pater eius: excepto quod  
 non est ingressus templum domini.  
 et adhuc populus delinquebat.  
 Ipse edificauit portam domus domini  
 excelsam: et in muro ophel mul-  
 ta construxit. Urbes quoque edi-  
 ficauit in montibus iuda: et in  
 salibus castella et turre. Ipse  
 pugnauit contra regem filiorum  
 ammon: et uicit eos. Dederunt  
 que ei filii ammon in tempore  
 illo centum talenta argenti: et  
 decem milia choros tritici. ac  
 totidem choros hordei. Hec ei  
 prebuerunt filii ammon in an-  
 no secundo et tercio. Corroboratus  
 que ioathan: eo quod direxisset

uas suas coram domino deo suo. Re-  
 liqua autem sermonum ioathan  
 et omnis pugne eius et opa: scrip-  
 ta sunt in libro regum israhel et  
 iuda. Viginti quinque annorum  
 erat cum regnare cepisset: et  
 sexdecim annis regnauit in  
 ierusalem. Dormiuitque ioathan  
 cum patribus suis. et sepelierunt  
 eum in ciuitate dauid: et reg-  
 nauit achaz filius eius pro eo.  
 Viginti annorum erat achaz  
 cum regnare cepisset: et sex-  
 decim annis regnauit in ieru-  
 salem. Non fecit rectum in con-  
 spectu domini sicut dauid pater eius:  
 sed ambulauit in uisibus regum israhel.  
 in super statuas fudit baalim. Ip-  
 se est qui adoleuit incensum in  
 ualle benemmon. et lustrauit.  
 filios suos in igne: iuxta ritum  
 gentium. quas interfecit dominus  
 in aduentu filiorum israhel. et sacri-  
 ficabat quoque et thimmama suc-  
 cendebat in excelsis et in colli-  
 bus et sub omni ligno frondo-  
 so. Tradiditque eum dominus deus eius  
 in manu regis syrie: qui percussit  
 eum. magnamque predam  
 de eius cepit impio: et addu-  
 xit in damascum. In manibus  
 quoque regis israhel traditus est: et  
 percussus plaga grandi. Occidit  
 que phacee filius romelie de iu-  
 da centum uiginti milia in die  
 uno omnes uiros bellatores:  
 eo quod reliquissent dominum deum

xxviii.

patrum suorum. Eodem tempo-  
 re occidit zechri uir potens ex  
 ephraim massiam filium regis  
 et ezricam ducem domus eius.  
 helcanam quoq; secundū a re-  
 ge: cepuntq; filij isrl de fr̄ib;  
 suis ducenta milia mulierū.  
 puerorū et puellarū. et infim-  
 tam predam. ptuleruntq; eā  
 in samariā. Ea tempestate e-  
 rat ppha dñi nomine oded. q̄  
 egressus obuiam exercitui ue-  
 nientium in samariam dixit  
 eis. Ecce uatus dñs d̄s patrum  
 ur̄orum contra iudam: tradi-  
 dit eos in manib; ur̄is et occi-  
 distis eos atrociter. ita ut celum  
 ptingeret ur̄a crudelitas. Insuper  
 et filios iuda et ierlm uultis uo-  
 bis subicere in seruos et ancil-  
 las: quod nequaquam factū op̄  
 est. Peccastis em̄ sup hoc dño  
 deo ur̄o. Sed audite consiliū  
 meū et reducite captiuos q̄s  
 adduxistis de fr̄ib; suis: quia  
 magnus furor dñi imminet  
 uobis. Steteruntq; uiri de pn-  
 cipib; filiorū ephraim. azari-  
 as filius iohannan. barachias  
 filius mosollamoth. iezechias  
 filius sellum. et amasa filius  
 adali. contra eos qui ueniebāt  
 de prelio: et dixerunt eis. Nō  
 introducetis huc captiuos:  
 ne peccem̄ dño. Quare uultis  
 adicere sup peccata nr̄a et ue-  
 tera cumulare delicta: Gran-

de quippe peccatū est. et ira fu-  
 rois dñi imminet sup isrl. Di-  
 miseruntq; uiri bellatores pre-  
 dam et uniuersa que ceperant:  
 coram p̄ncipib; et omni multitu-  
 dine. Steteruntq; uiri quos sup  
 memorauimus. et apprehenden-  
 tes captiuos. om̄sq; qui nudi e-  
 rant uestierunt de spolijs. Cū  
 q; uestissent eos et calciassent.  
 ac refecissent cibo. et potu. unxis-  
 sent quoq; p̄pter laborem. et ad-  
 hibuissent eis curam: quicūq;  
 ambulare non poterant et erant  
 imbecillo corpore. imposuerūt  
 eos iumentis. et adduxerunt eos  
 in hierico ciuitatē palmarū ad  
 fr̄s eorum: ipsiq; reuerſi sunt sa-  
 mariam. Tempore illo misit rex  
 achaz ad regem assiriorū postu-  
 lans auxilium. ueneruntq; i-  
 dumei et pcusserunt multos  
 ex iuda. et cepunt predam ma-  
 gnā. Philistiim quoq; diffusi  
 sunt p̄ urbes campeſtres et ad  
 meridiem iuda. cepuntq; beth-  
 sameſ. et ahion. et zaderoth:  
 soccoth quoq; et thimammā.  
 et zambro cum uiculis suis: et  
 habitauerunt in eis. Humilia-  
 uerat em̄ dñs iudam p̄pter achaz  
 regem iuda. eo qđ nudasset eum  
 auxilio. et contemptui habu-  
 isset dñm. Adduxit contra eū  
 theglad fallasar regem assirio-  
 rum. qui afflixit eum: et nul-  
 lo resistente uastauit. Igitur

achaz spoliata domo dñi et do-  
 mo regum et principū: dedit re-  
 gi assiriorū munera. et tamen  
 nichil ei profuit. Insuper in tempo-  
 re angustie sue auxit conceptū  
 in dñm. Ipse p se rex achaz im-  
 molavit dñs damasci uictimas  
 percussorib; suis: et dixit. Dñs regū  
 syrie auxiliantur eis: quos ego  
 placabo hostijs et aderunt mi-  
 chi. cum e contrario ipsi fuerint  
 ruina et uniuerso isrl. Direpsit  
 ita achaz omib; uasis domus dñi  
 atq; contractis: clausit ianuas  
 templi dei. et fecit sibi altaria  
 in uniuersis angulis ierlm. In  
 omib; quoq; urbib; iuda extru-  
 xit aras ad cremendum thus: at-  
 q; ad iracundiam puocauit do-  
 minū dñm patrum suorū. Reliq̄  
 autē sermonū eius. et om̄ium  
 opum priorum et nouissimo-  
 rum: scripta sunt in libro re-  
 gum iuda et isrl. Dormiuitq;  
 achaz cum patrib; suis. et sepe-  
 lierunt eum in ciuitate dauid:  
 neq; enī receperunt eum in sepul-  
 chris regum isrl. Regnauitq;  
 ezechias filius eius pro eo. Igi-  
 tur ezechias regnare cepisset  
 cum uiginti esset annorū et  
 quinq; . et uiginti nouē annis  
 regnauit in ierlm. nomen ma-  
 tris eius abia filia zacharie. Fe-  
 cit quod erat placitū in conspe-  
 ctu dñi: iuxta omnia que fece-  
 rat dauid pater eius. Ipso anno

et mense primo regni sui: apu-  
 it ualuas domus dñi. et instau-  
 rauit eas. Adduxitq; sacerdotes  
 atq; leuitas: et congregauit eos  
 in partem orientalem. Dixitq;  
 ad eos. Audite me leuite et  
 sanctificamini: mundate do-  
 mū dñi dei patrū ur̄orum.  
 Auferte omnē immunditiam  
 de scūario: peccauerunt pa-  
 tres nr̄i. et fecerunt malū in  
 conspectu dñi dei nr̄i derelin-  
 quentes eum. Auertunt fa-  
 cies suas a tabernaculo dñi dei  
 nr̄i: et prebuerunt dorsum.  
 Clauserunt ostia que erant  
 in porticu: et extinxerunt lucer-  
 nas. Incensumq; non adoleue-  
 runt. et holocausta n̄ obtule-  
 runt in scūario deo isrl. Con-  
 citatus est itaq; furor dñi sup  
 iudam et ierlm: tradiditq; eos  
 in commotionē et in interitum.  
 et in sibilum. sicut ipsi cernunt  
 oculis ur̄is. En corruerunt pa-  
 tres nr̄i gladijs: filij nr̄i et sibe-  
 nr̄e et conjuges captiue ducte  
 sunt ppter hoc scelus. Nunc  
 igitur placet michi ut ineam  
 fedus cum dño deo isrl: et a-  
 uertet a nobis furorem ire sue.  
 Filij mei nolite nolite negligere:  
 uos elegit dñs ut stetit corā  
 eo et ministratis illi et colatis  
 eum. et cremetis ei incensū. Sur-  
 rexerunt ergo leuite. maath  
 filius amasie. et iohel filius aza-

rie de filiis caath. Porro de filiis  
merari: cis filius ab dai. et zacha-  
rias filius iobel. De filiis autem  
ger som. ioha filius zemma. et  
heden filius ioha a. Ac uero de  
filiis heli. saphan zamri. et iohi-  
hel. De filiis quoque asaph. zacha-  
rias. et mathanias. Necnon de  
filiis heman. iabihel. et semei.  
Sed et de filiis idithun. emeias.  
et ozihel. Congregaueruntque  
frs suos et scificati sunt: et in-  
gressi iuxta mandatū regis et  
impium dñi. ut expiarent do-  
mum dñi. Sacerdotes quoque in-  
gressi tēplum dñi ut scifica-  
rent illud: extulerunt omnē  
immundiciam quā intro rep-  
pererant in uestibulo domus  
dñi. Quam tulerunt leuite:  
et asportauerunt ad torrentē  
cedron foras. Ceperunt autem  
prima die mensis primi mē-  
dare: et in die octaua eiusdē  
mensis ingressi sunt porticū  
templi dñi. Expiaueruntque  
templum dieb; octo: et in die  
sextadecima mensis eiusdem  
quod cepant impleuerunt.  
Ingressi quoque sunt ad ezechi-  
am regem: et dixerunt ei.  
Scificauimus omnē domum  
dñi. Et altare holocaustorū  
uasque eius. necnon et mensā  
ppositionis cum omnib; uasis su-  
is. cunctamque templi supelle-  
cilem quā polluerat rex achaz.

in regno suo postquā preuarica-  
tus est: et ecce exposita sunt om-  
nia coram altare dñi. Consurges  
que diluculo ezechias rex: aduna-  
uit omēs pncipes ciuitatis et ascen-  
dit domū dñi: obtuleruntque simul  
tauros septem. arietes septē. agnos  
septē. et hircos septē pro peccato.  
pro regno. pro scuario. pro iuda.  
Dixit quoque sacerdotib; filiis aā-  
ron: ut offerrent sup altare dñi.  
Mactauerunt igitur tauros: et  
susceperunt sacerdotes sanguinē  
et fuderunt illum sup altare. Ma-  
ctauerunt etiam arietes: et illoꝝ  
sanguinē sup altare fuderunt.  
Immolaueruntque agnos: et fu-  
derunt sup altare sanguinē.  
Applicuerunt hircos pro peccato  
coram rege et uniuersa multi-  
tudine: imposueruntque manū  
suas sup eos et immolauerunt  
illos sacerdotes. et asperserunt san-  
guine eorū altare. pro piaculo  
uniuersi isrlis. Pro omni q̄ppe  
isrlē precepat rex ut holocau-  
stum fieret: et pro peccato. Cō-  
stituit quoque leuitas in domo  
dñi. cum cymbalis et psalterijs  
et cycharis secundū dispositio-  
nem dauid et gad uidentis regis  
et nathan pphē. Siquidem dñi  
preceptū fuit: p manū ppharū  
eius. Steteruntque leuite tenen-  
tes organa dauid: et sacerdo-  
tes tubas. Et iussit ezechias  
ut offerrent holocaustū sup

altare. Cumq; offerentur holo-  
 causta: cepunt laudes canere  
 dño et clangere tubis. atq; indi-  
 uersis organis que dauid rex isrl  
 repererat concerpere. Omni au-  
 tem turba adorante. cantores  
 et hi qui tenebant tubas. erat  
 in officio suo donec compleretur  
 holocaustum. Cumq; finita eet  
 oblatio: incuruatus est rex. et  
 omnes qui erant cum eo. et ado-  
 rauerunt. Precepitq; ezechias  
 et principes leuitis: ut lauda-  
 rent dñm sermonib; dauid et a-  
 saph uidentis. Qui laudauerunt  
 eum magna leticia: et curuato  
 genu adorauerunt eum. Eze-  
 chias autē etiam hec addidit.  
 Implestis manus urās dño: acce-  
 dite et offerite uictimas et lau-  
 des i domo dñi. Obtulit ergo u-  
 niuersa multitudo hostias et  
 laudes: et holocausta mente de-  
 uota. Porro numerus holocau-  
 storum que obtulit multitudo:  
 hic fuit. Buiros septuaginta.  
 arietes centū. agnos ducentos.  
 Scificaueruntq; dño: boues  
 sexcentos. et oues tria milia.  
 Sacerdotes uero pauci erant:  
 nec poterant sufficere ut pel-  
 les holocaustorum detraherent.  
 Vnde et leuite frs eorū adiuua-  
 uerunt eos: donec impleretur  
 opus et scificarentur antistites.  
 Leuite quippe faciliore ritu scī-  
 ficabantur quā sacerdotes. Fue-

runt igitur holocausta plurima.  
 adipēs pacificorū. et libamina ho-  
 locaustorū: et completus est cul-  
 tus domus dñi. Letatusq; est e-  
 zechias et omnis popl's: eo quod  
 ministeriū dñi eet impletum.  
 De repente quippe: hoc fieri  
 placuit. Misit quoq; ezechias  
 ad omnem isrl et iudam: sc̄p-  
 sitq; eplās ad ephraim et ma-  
 nasse ut uenirent ad domū  
 dñi in ierlm. ut facerent pha-  
 se dño deo isrl. Inno ergo con-  
 silio regis et principū et uniuersi  
 ceteri in ierlm: decreuerunt  
 ut facerent phase mense sc̄do.  
 Non enī occurrerant facere in  
 tempore suo: quia sacerdotes  
 qui possent sufficere sc̄ficati  
 non fuerant: et popl's necdū  
 congregatus erat in ierlm. Pla-  
 cuitq; sermo regi et omni multi-  
 tudini. et decreuerunt ut mit-  
 terent nuntios in uniuersum  
 isrl. de bersabee usq; dan: ut  
 uenirent et facerant phase  
 dño deo isrl in ierlm. Multi  
 enī non fuerant sicut lege p-  
 scriptum est. Perrexeruntq;  
 cursores cum eplis ex regis  
 impio. et pncipum ei. in uniu-  
 uersum isrl et iudam: iuxta  
 qd rex iusserat predicantes.  
 Filij isrl reuertimini ad dñm  
 dñm abraham. et isaac. et isrl:  
 et reuertetur ad reliquias q̄ effugerit  
 manū regis assiriorū. Nolite

xxx

fieri sicut patres uiri et fratres qui  
 recesserunt a domino deo patrum  
 suorum: et tradidit eos in inte-  
 ritum. ut ipsi cernitis. Nolite  
 indurare ceruices ustras sicut  
 patres uiri: tradite manus domino  
 et uenite ad sanctuarium eius quod  
 sanctificauit in eternum. Seruite  
 domino deo patrum uestrorum: et  
 auertetur a uobis ira furoris  
 eius. Si enim uos reuersi fueritis  
 ad dominum: fratres uiri et filij ha-  
 bebunt misericordiam coram dominis  
 suis. qui illos duxere captiuos.  
 et reuertentur in terram hanc.  
 Pius enim et clemens est dominus deus  
 uester: et non auertat faciem  
 suam a uobis. si reuersi fueritis  
 ad eum. Igitur cursores pergebant  
 uelociter de ciuitate in ciuita-  
 tem per terram ephraim et ma-  
 nasse usque zabulon: illi irri-  
 dentibus et subsannantibus  
 eos. Attamen quidam uiri ex  
 aser. et manasse et zabulon:  
 equiescentes consilio: uenerunt  
 ierusalem. In iuda uero facta est  
 manus domini. ut daret eis cor-  
 unum: et facerent iuxta pre-  
 ceptum regis. et principum.  
 uerbum domini. Congregatiq;  
 sunt in ierusalem populi multi:  
 ut facerent sollempnitatem  
 azimorum in mense secundo. et  
 surgentes destruxerunt alta-  
 ria que erant in ierusalem: atque  
 uniuersa in quibus ydolis ad-

olebatur incensum. subuerten-  
 tes proiecerunt in torrentem cedron.  
 Immolauerunt autem phase  
 quartadecima die mensis se-  
 cundi. Sacerdotes quoque atque le-  
 uite tandem sanctificati: obtulerunt  
 holocausta in domo domini. Stete-  
 runtque in ordine suo iuxta dispo-  
 sitionem et legem moysi homi-  
 nis dei. Sacerdotes uero suscipie-  
 bant effundendum sanguinem  
 de manibus leuitarum: eo quod mul-  
 ta turba sanctificata non esset. et  
 iccirco immolauerunt leuite.  
 phase. his qui non occurrerant  
 sanctificari domino. Magna etiam pars  
 populi de ephraim et manasse  
 et isachar et zabulon. que sancti-  
 ficata non fuerat: comedit phase.  
 non iuxta quod scriptum est. Et ora-  
 uit pro eis ezechias dicens. Dominus  
 bonus respiciabitur cunctis: qui  
 in toto corde requirunt dominum  
 deum patrum suorum. et imputa-  
 bit eis quod minus sanctificati sunt.  
 Quem exaudiuit dominus: et placatus  
 est populo. Feceruntque filij israel.  
 qui inuenti sunt in ierusalem sol-  
 lennitatem azimorum septem diebus;  
 in leticia magna: laudantes dominum  
 per singulos dies. Leuite quoque  
 et sacerdotes: per organa que suo  
 officio congruebant. Et locutus  
 est ad eos ezechias ad cor omnium  
 leuitarum. qui habebant intel-  
 ligentiam bonam super domino: et co-  
 mederunt septem diebus sollemp-



nitatis immolantes uictimas paci-  
 ficorum. et laudantes dñm dñm  
 patrum suorum. Placuitq; uniuersis  
 multitudini: ut celebrarent  
 etiam alios dies septē. Quod et  
 fecerunt: cum ingenti gaudio.  
 Ezechias enī rex iuda: prebue-  
 rat multitudini mille tauros et  
 septem milia ouium. Principes  
 uero: dederunt populo tauros mille  
 et oues decem milia. Sāficata ē  
 ergo sacerdotū plurima multi-  
 tudo: et hilaritate p̄fusa omnis  
 turba iuda. tam sacerdotū et le-  
 uitarū. quā uniuersis frequen-  
 tię quę uenerat ex isrl̄. Profeli-  
 torū quoq; de terra isrl̄. et habi-  
 tantium in iuda. Factaq; ē gran-  
 dis celebratio in ierlm̄: qualis a  
 dieb; salomonis filij dauid regis  
 isrl̄ in ea urbe non fuerat. Sur-  
 rexerunt ergo sacerdotes atq;  
 leuitę benedicentes dño: et ex-  
 audita est uox eorum. puenitq;  
 oratio in habitaculum sc̄m celi.  
 Cūmq; hec fuissent rite celebra-  
 ta: egressus est omnis isrl̄ qui  
 inuentus fuerat in urbibus  
 iuda. et fregerunt simulachra  
 succenderuntq; lutos. Demoli-  
 ti sunt excelsa. et altaria de-  
 struxerunt: non solum de u-  
 niuerso iuda et beniamin. sed  
 et de ephraim quoq; et manasse  
 donec penitus euerterent.  
 Reuersiq; sunt omnes filij isrl̄  
 in possessiones et ciuitates suas.

Ezechias uero constituit turmas  
 sacerdotales et leuiticas per di-  
 uisiones suas. unūquemq; in  
 officio p̄prio: tam sacerdotū  
 uidelicet quā leuitarū. ad ho-  
 locausta et pacifica. ut mini-  
 strarent et confiterentur. cane-  
 rentq; in portis castrorum dñi. Pars  
 autē regis erat: ut de propria  
 eius substantia offerret holo-  
 caustum mane semp et uespe.  
 sabbatis quoq; et kalendis et  
 sollemnitatib; ceteris. sicut sc̄p-  
 tum. ē. in lege moysi. Precepit  
 etiā populo habitantū ierlm̄:  
 ut darent partē sacerdotib; et  
 leuitis. ut possent uacare legē  
 dñi. Quod cum p̄rebuisset in  
 aurib; multitudinis: plurimas  
 optulere primitias filij isrl̄.  
 frumenti uini et olei. mellis q̄q;  
 et omnium quę gignit humus.  
 decimas obtulerunt. Sed et fi-  
 lij isrl̄ et iuda qui habitabant  
 in urbibus iuda: obtulerunt  
 decimas bouum et ouium. deci-  
 masq; sc̄orum. quę uouerant  
 dño deo suo. atq; uniuersa por-  
 tantes fecerunt aceruos pluri-  
 mos. Mense tertio ceperunt  
 aceruorum facere fundamenta:  
 et mense septimo compleue-  
 runt eos. Cūmq; ingressi fuisset  
 ezechias et principes eius.  
 uiderunt aceruos: et benedi-  
 xerunt dño ac populo isrl̄. In-  
 terrogauitq; ezechias sacerdo-

tes et leuitas: cur ita iacerent  
acerui. Respondit illi azarias  
sacerdos primus de stirpe sadoc  
dicens. Ex quo cepunt offerri  
primitie in domo domini: come-  
dimus et saturati sumus. Et rema-  
serunt plurima: eo quod be-  
nedixerit dominus populo suo. Reli-  
quiarum autem est copia ista quam  
cernis. Precepit igitur ezechias:  
ut prepararent horrea in  
domo domini. Quod cum fecissent:  
mulerunt tam primitias quam  
decimas. et quecumque uouerant  
fideliter. Fuit autem prefectus  
eorum chonemias leuita: et se-  
mei frater eius secundus. Post  
quam iehiel et azarias et naath.  
et asahel. et hierimoth. ioza-  
bach quoque et hebhel. et ies-  
mohias. et maath. et banaias  
prepositi sub manibus chonemie  
et semei fratris eius. et ex impio  
ezechie regis. et azarie ponti-  
ficis domus domini. ad quos om-  
nia ponebant. chore uero fi-  
lius ienna leuitas. et ianitor  
orientalis porte: prepositus  
erat his que sponte offerebantur  
domino. primitiisque: et consecra-  
tis in sancta sanctorum. Et sub cura  
eius edem et benami. iesue.  
et semeias. amarias quoque  
et sehemias in ciuitatibus: sacer-  
dotum: ut fideliter distribu-  
rent fratribus suis partes. mino-  
ribus atque maioribus. exceptis

maioribus; ab annis tribus; et supra.  
cunctis qui ingrediebantur tem-  
plum domini. Et quicquid per dies sin-  
gulos conducebant in ministe-  
rio atque observationibus; iuxta di-  
uisiones suas: sacerdotibus; per fami-  
lias et leuitas a uicesimo anno  
et supra per ordines et turmas su-  
as. Vniuersaque multitudini tam  
uxoribus; quam liberis eorum utriusque  
sexus: fideliter tibi de his que  
sanctificata fuerant prebebant. Sed  
et filiorum aaron pagros et subur-  
bana urbium singularum dispositi  
erant uiri: qui partes distribu-  
erent uniuerso sexui masculi-  
no de sacerdotibus; et leuitis. Fe-  
cit ergo ezechias uniuersa que  
diximus in omni iuda: operatusque  
est bonum et rectum et uerum coram  
domino deo suo in uniuersa cul-  
tura ministerii domus domini.  
iuxta legem et ceremonias. uo-  
lens requirere dominum deum suum  
in toto corde suo. Fecitque et pro-  
spatus est. Postquam <sup>hęc</sup> huiusmodi  
ueritate: uenit sennacherib  
rex assyriorum et ingressus iu-  
dam obsedit ciuitates munitas.  
uolens eas cape. Quod cum audis-  
set ezechias uenisse sennache-  
rib scilicet. et totum belli im-  
petum uerti contra ierusalem: im-  
to cum principibus; consilio ui-  
risque fortissimis. ut obturaret  
capita fontium que erant extra  
urbem. Et hoc omnium decer-

nente sententia. congregauit plurimam multitudinem: et obturauerunt cunctos fontes. et riuum qui fluebat in medio terre dicentes. Ne ueniant reges assyriorum: et inueniant aquarum abundantiam. Edificauit quoque; agens industrie omnem murum qui fuerat dissipatus: et extruxit turretes desuper. et formosius alterum murum. Instaurauitque; meliorem in ciuitate dauid: et fecit uniuersi generis armaturam et clipeos. Constituitque; principes bellatorum in exercitu: et conuocauit uniuersos in platea porte ciuitatis. ac locutus est ad eos dicens. Viriliter agite et confortamini: nolite timere nec paueatis regem assyriorum. et uniuersam multitudinem que est cum eo. Multo enim plures nobiscum sunt: quam cum illo. Cum illo est brachium carneum: nobiscum dominus deus noster qui auxiliator est noster. pugnabitque; pro nobis. Confortatusque; est populus huiusmodi uerbis: ezechie regis iuda. Que postquam gesta sunt: misit sennacherib rex assyriorum seruos suos in ierusalem. ipse enim cum uniuerso exercitu obsidebat lachis. ad ezechiam regem iuda. et ad omnem populum qui erat in urbe iuda dicens. Hec dicit sennacherib rex assyriorum. In quo habentes fiduciam sedetis obsessi

103  
in ierusalem: Num ezechias decipit uos ut tradat uos morti et fame et siti. affirmans quod dominus deus uester liberet uos de manu regis assyriorum: Numquid non iste est ezechias qui destruxit excelsa illius et altaria. et precepit iude. et ierusalem dicens. coram altari uno adorabitis. et in ipso comburetis incensum. An ignoratis que ego fecerim et patres mei cunctis terrarum populis: Numquid preualuerunt dii gentium omniumque; terrarum liberare regionem suam de manu mea: Quis est de uniuersis diis gentium quas uastauerunt patres mei. qui potuerit eripere populum suum de manu mea. ut possit etiam deus uester eruere uos de hac manu: Non uos ergo decipiet ezechias: nec uana persuasionem detudat. neque; credatis ei. Si enim nullus potuit deus ceterarum gentium atque; regionum liberare populum suum de manu mea. et de manu patrum meorum: consequenter nec deus uester poterit eruere uos de hac manu. Sed et alia multa locuti sunt serui eius contra dominum deum: et contra ezechiam seruum eius. Epistolas quoque; scripsit plenas blasphemie in dominum deum israhel: et locutus est aduersus eum. Sicut dii gentium ceterarum non potuerunt liberare populos suos de manu mea: sic et deus ezechie

eruere non poterit poplū su-  
 um de manu ista. Insuper et cla-  
 more magno. lingua iudaica  
 contra poplū qui sedebat in  
 muris ierlīm psonabat: ut ter-  
 reret eos et caperet ciuitatē. Lo-  
 cutusq; est contra dñm dñm ie-  
 rusalem: sicut aduersus deos  
 poplorū terre. opa manuum  
 hominū. Orauerunt igitur  
 ezechias rex. et ysaias filius  
 amos pphes aduersum hanc blā-  
 phemiam: ac uociferati sunt  
 usq; in celū. Et misit dñs ange-  
 lum qui percussit omnē uirum  
 robustum et bellatorē. et pnci-  
 pem exercitus regis assyriorū:  
 reuersusq; est cum ignominia  
 in terram suam. Cumq; ingres-  
 sus esset domū dei sui: filij qui  
 egressi fuerant de utero eius  
 interfecerunt eum gladio.  
 Saluauitq; dñs ezechiam et  
 habitatores ierlīm de manu sen-  
 nacherib regis assyriorū: et de  
 manu omnium. et prestuit ei  
 salutē. et quietē per circuitum.  
 Multi etiam deserebant ho-  
 stias et sacrificia dño in ierlīm:  
 et munera ezechie regi iuda.  
 Qui exaltatus est post hec:  
 coram cunctis gentib;. In dieb;  
 illis egrotauit ezechias usq; ad  
 mortem. et orauit dñm: exau-  
 diuitq; eum et dedit ei signū.  
 S; non iuxta beneficia que  
 acceperat retribuit: quia de

uatum est cor eius. et facta est con-  
 tra eum ira et contra iudam et ie-  
 rusalem. Humiliatusq; est postea  
 eo quod exaltatum fuisset cor ei.  
 tam ipse quā habitatores ierlīm:  
 et iccirco non uenit in eos ira dñi  
 in dieb; ezechie. Fuit autē eze-  
 chias diues et inclitus ualde: et  
 thesauros sibi plurimos congre-  
 gauit. argenti. auri. et lapidis p-  
 ciosi. aromatu et armorū uniuers-  
 si generis. et uasorū magni precij.  
 Apotecas quoq; frumenti. uini et  
 olei. et presepia omnium iumento-  
 rum. caulasq; pecorib;. et urbes  
 sex edificauit. Habebat quippe gre-  
 ges ouium et armentorū in nu-  
 merabiles: eo quod dedisset ei dñs  
 substantiā multam nimis. Ipse ē  
 ezechias qui obturauit superiorem  
 fontē aquarum gyon: et auertit  
 eos subter ad occidentē urbis dauid.  
 In omnib; opib; suis fecit pspere: que  
 uoluit. At tamen in legatione  
 pncipum babilonis. qui missi  
 fuerant ad eum ut interroga-  
 rent de portendo qd acciderat  
 sup terram: dereliquit eū dñs  
 ut temptaretur. et nota fierent  
 omnia que erant in corde eius.  
 Reliqua autē sermonū ezechie.  
 et misciarum ei: scripta sunt  
 in uisione ysaię filij amos pphę.  
 et in libro regum iuda et isrl.  
 Dormiuitq; ezechias cum patrib;  
 suis. et sepelierunt eum supra se-  
 pulchra filiorum dauid: et cele-

xxviii.

brauit eius exequias uniuersus iuda. et omnes habitatores ierusalem. Regnauitq; manasses filius eius pro eo. Duodecim annorum erat manases cum regnare cepisset: et quinquaginta quinque annis regnauit in ierlm. Fecit autem malum coram dno iuxta abhominacionem gentium quas subuerterat dñs coram filiis isrl: et conuersus instaurauit excelsa q̄ demolitus fuerat ezechias pater eius. Construxitq; aras baalim. et fecit lucos: et adorauit omnem militiam celi. et coluit eam. Edificauit quoq; altaria in domo dñi: de qua dixerat dñs. In ierlm erit nomen meum in eternum. Edificauit autem ea cuncta exercitus celi in duobus atrijs domus dñi: transireq; fecit filios suos pignem. in ualle bennenon: Observabat somnia: sectabatur auguria. maleficis artibus; inserviebat. Habebat secum magos et incantatores: multaq; mala opatus est coram dno ut irritaret eum. Sculptile quoq; conflatile signum posuit in domo dñi: de qua locutus est deus ad dauid et ad salomonem filium eius dicens. In domo hac et in ierlm quam elegi de cunctis tribub; isrl. Ponam nomen meum in sempiternum: et mouere non faciam pedem isrl. de terra quam tradi di patrib; eorum. Ita dum taxat. sic custodierunt facere que

precepti eius: cunctamq; legem et ceremonias atq; iudicia p manum moysi. Igitur manasses seduxit iudam et habitatores ierlm: ut facerent malum super omnes gentes quas subuerterat dñs a facie filiorum isrl. Locutusq; est dñs ad eum et ad populum illius: et attendere noluerunt. Iecurto super induxit eis principes exercitus regis assyriorum: cepuntq; manassen. et unctum catenis atq; compedibus; duxerunt in babilonem. Qui postquam coangustatus est: orauit dominum deum suum. et egit penitentiam coram deo patrum suorum. Deprecatusq; est eum et obsecrauit intente: et exaudiuit orationem eius. reduxitq; eum ierlm in regnum suum. Et cognouit manasses quod dñs ipse esset deus. Post hec edificauit murum extra ciuitatem dauid ad occidentem gyon. in conualle ab introitu porte piscium. per circuitum usq; ad osel. et exaltauit illum uehementer. Constituitq; principes exercitus in cunctis ciuitatibus; iuda munitis: et abstulit deos alienos. et simula chra de domo dñi. Aras quoq; quas fecerat in monte domus dñi et in ierlm: et proiecit omnia extra urbem ierlm. Porro instaurauit altare dñi: immolauitq; super illud uictimas et pacifica et laudem. Precepitq; iude ut

seruiret dño deo isrl. At tamen  
adhuc popl̄s immolabat in ex-  
cellis dño deo suo. Reliqua au-  
tem gestorū manasse et obsecra-  
tiones eius ad dñm dñm suum:  
uerba quoq; uidentū qui loq̄-  
batur ad eum in nomine dñi  
dei isrl: continentur in sermo-  
nib; regum isrl. Oratio quippe  
eius et exaudicio. et cuncta pec-  
cata atq; contemptus. loca etiā  
in quib; edificauit excelsa. et  
fecit lucos. et statuas antequā  
ageret penitentiam. scripta sūt  
in sermonib; ozi. Dormiuit ḡ  
manasses cum patrib; suis: et  
sepelierunt eum in domo sua.  
Regnauitq; pro eo filius eius am-  
mon. Vigniti duozū annozū e-  
rat amon cum regnare cepis-  
set: et duob; annis regnauit  
in ierlm. Fecitq; malum in cō-  
spectu dñi sicut fecerat manas-  
ses pater eius: et cunctis idolis  
quę manasses fuerat fabricat̄.  
immolauit atq; seruiuit. Et  
non est reuertus faciem dñi  
sicut reuertus est manasses  
pater eius: et multo maiora de-  
liquit. Cumq; conuissent  
aduersus eum serui sui: inter-  
fecerunt eum in domo sua.  
Porro reliqua popl̄i multitu-  
do cecisib; qui amon percussē-  
rant: constituit iosiā filiū eius  
pro eo. Octo annozū erat iosi-  
as cum regnare cepisset: et tri-

ginta et uno anno regnauit in  
ierlm. Fecitq; quod rectum erat  
in conspectu dñi. et ambulauit  
in uis; dauid patris sui. non de-  
clinauit neq; ad dexteram neq;  
ad sinistram. Octauo autē anno  
regni sui cum adhuc esset puer:  
cepit querere dñm dauid patris  
sui. Et duodecimo anno postqm̄  
ceperat: mundauit iudam et  
ierlm ab excelsis et lucis. simula-  
crisq; et sculpsib;: Destruerunt  
q; coram eo aras baālim. et simu-  
lacrā quę supposita fuerant de-  
moli sunt: lucos etiam et sculp-  
talia succidit atq; comminuit.  
et sup̄ tumulos eozū qui eis immo-  
lare consueuerant. fragmenta  
disp̄sit. Ossa preterea sacerdotū  
cumbussit in altarib; ydolorum:  
mundauitq; iudam et ierlm. Sed  
et in urbib; manasse. et ephraim.  
et symeon. usq; neptalim cuncta  
subuertit. Cumq; altaria dissi-  
passet et lucos. et sculpsalia con-  
triuisset in frustra. cunctaq; de-  
lubra demolitus esset de unuer-  
sa terra isrl: reuersus est in ieru-  
salem. Igitur anno octauodeci-  
mo regni sui mundata iam ter-  
ra et templo dñi: misit saphan  
filium eselię. et maasam princ-  
pem ciuitatis. et ioha filium io-  
achaz acōmentarijs. ut instau-  
rarent domum dñi dei sui. Qui  
uenerunt ad helchiam sacerdo-  
tem magnum. Acceptaq; pecu-

ma ab eo que illata fuerant in do-  
mum dñi. et quam congregaue-  
rant leuite. et ianitores. de ma-  
nasse. et ephraim et uniuersis  
reliquis isrl. ab omni quoq; iuda  
et beniamin et habitatoribus ie-  
rusalem: tradiderunt in mani-  
bus eorū qui preerant oparijs.  
in domo dñi: ut instaurarent  
templum. et infirma quoq; faci-  
erent. At illi dederunt eam ar-  
ticip; et cementarijs: ut eme-  
rent lapides de lapidicinis. et  
ligna ad commissuras edificiij. et  
ad contignationē domorum  
quas destruxerunt reges iuda.  
Qui fideliter cuncta faciebant.  
Erant autē prepositi opantiū:  
iaath et abdias de filijs merari.  
Zacharias et mosollam de filijs  
caath qui urgebant opus. om̄s  
leuite scientes in organis cane-  
re. Sup eos uero qui ad uarios u-  
sus onera portabant: erant scri-  
be et magistri de leuitis ianito-  
res. Cumq; offerrent pecuniam  
que illata fuerant in templum  
dñi: repperit helchias sacerdos.  
librum legis dñi p manū moysi.  
Et ait ad saphan scribam. Librū  
legis inueni in domo dñi. Et t̄-  
didit ei. At ille intulit uolumen  
ad regem: et nuntiavit ei dicens.  
Omnia que dedisti in manu ser-  
uorum tuorū: ecce complentur.  
Argentū quod repletum est in do-  
mo dñi conflauerunt: datumq;

105  
est prefectis aruificum. et ad diuer-  
sa opa fabricantiū. Preterea tra-  
didit michi elchias sacerdos hūc  
librum. Quē cum rege presente  
recitasset. audissetq; ille uerba  
legis. scidit uestimenta sua. et  
precepit helchie. et ahicham fi-  
lio sapham. et ebdon filio mi-  
cha. saphan quoq; scribe. et asa-  
ie seruo regis dicens. Ite et orate  
dñm dñm p me. et prediquis is-  
rael et iuda: sup uniuersis ser-  
monib; libri istius qui repletus est.  
Magnus enī furor dñi stillauit  
sup nos: eo quod non custodie-  
runt patres nri uerba dñi. ut  
facerent om̄ia que scripta sūt  
in isto uolumine. Abijt igitur  
helchias. et hij qui simul a rege  
missi fuerant ad holdan pphetem  
uxorem sellum filij tecuach. filij  
basia. custodis uestrum qui ha-  
bitabat ierlm in scdā. et locuti  
sunt ei uerba que supra narra-  
uimus. At illa respondit eis. Hec  
dicit dñs deus isrl. Dicite uiro q̄  
misit uos ad me. Hec dicit dñs.  
Ecce ego inducam mala sup lo-  
cum istum: et sup habitatores  
eius. cunctaq; maledicta que  
sc̄pta sunt in libro hoc que lege-  
runt coram rege iuda: quia de-  
reliquerunt me et sacrificauē-  
runt dijs alienis. ut me ad ira-  
cundiam puocarent in cunctis  
opibus manuum suarū. Idcirco  
stillauit furor meus sup locum